preexpressum patrum suum et successores eius in bonis recensitis et occasione eo-
rundem ab omni quavis impetitione invidia quarumcumque personarum sexus
utriusque existentium necnon ab inscriptionibus prioribus et posterioribus factis
et faciendis tum damnis violentiis illatis et inferendis totis quibus sit necessarium
tueri et intercedere, bonaque eadem munda et libera usque ad
expletionem premissorum facere neque in bonis predictis iniuriari
aut inquietare nullo modo pacifica possessione prepedire et condimere
tenebitur sub vadio quinquaginta duorum florenorum pecunie monete polonice. Prete-
rea hic idem Iwan se cum successoribus super omnibus bonis suis inscribit. Presentem in-
scriptionem ad acta terrestria Premislien. ad primos et proximos terminos terrestres
Premislien. sive primam ipsius proximi actoris eorundem iudiciorum positi-
onem transferre et transportare sub vadio simili quinquaginta duorum florenorum
pecunie monete polonice. Pro quibusquidem vadiis seu vadiis succubuit
quoniam se idem recognoscens cum successoribus eius patruo suo aut posteris eius
ad officium presentis castri Premislien. citare permiserit totiens recedendum quoniam et
totiens propriis recedendum coram eodem officio castri Premislien. cuius iu-
risdictioni se cum successoribus subiicit in primo citationis termino stare pa-
rere et pro citatis satisfacere tenebitur cum suis posteris. Nullum terminum
occasione premissorum vera vel simplici infirmitatibus actione
pro maiori ac legalibus quibuslibet impedimentis differendum ad qui-
etatem dictam non petendum. Penatrium manet et tunc pena vadii et
vadia quidem non evadendum. Motionem appellationibus earumque prosequutionem
sub omnibus evasionem ac dilationibus universis abrenunciando sibi et suis successo-
ribus sub quissione totius cause vel lutione vadii et vadiorum quo vel quibus
solutis utique inscriptioni presenti satisfacere erit constrictus cum suis poste-
ris totiens quotiens sit necessarium. Nulla prescriptione terrestri obstante

Thurzanski quietat Thureczki

Comparens personaliter coram officio et actis presentibus Nobilis Andrei Thurzanski
dictus Loy, a iure et foro suis propriis recedendum huic vero iurisdictioni se succe-
dens cum bonis suis omnibus quoad effectum infrascriptorum attinet incorporandum sanus
mente et corpore existens publice recognovit quia a Nobili Sienko
Thureczki recepit et manualiter levavit summam quinquaginta quinque florenorum pecunie
quam summam hic idem Sienko sibi coram officio et actis presentibus in bonis suis pro
divina letare in quinquagesimo Millesimo quingentesimo septuagesimo
septimo solvi inscripsit et obligavit. Ratione eiusmodi receptionis summe
prenominate ipsum Sienko et eius posteros de summa preexpressa quin-

quaginta quinque florenorum pecunie quietat liberumque facit perpetue necnon ad
inscriptionem eandem castri Premislien. cum omnes citationes concessiones ad ci-
tationes innotescendum lucraque perlucra coram presenti officio pro vadio huius
summe bone non completionis contentum inscriptionis eiusdem introducti perdidit et
acquisivit una cum omnibus eorum conditionibus ad eximie cassat et in inhibitum con-
vertit ac a premissis omnibus recedit hac sua personali recognitione medi-
ante

Idem quietat aliam Thureczki

Stans personaliter coram officio actisque presentibus Nobilis Andrei Thurzanski dictus
Loy, a iure et foro suis propriis recedendum huic vero iurisdictioni se cum suc-
cessoribus bonisque omnibus quoad infrascripta incorporandum sanus mente et corpore
existens publice recognovit quia a Nobili Iwanko filio olim Nobilis Mi-
chaelis Thureczki recepit et manualiter levavit summam quinquaginta florenorum
pecunie monete polonice quam olim predictus Nobilis Michael Thureczki pa-
rens ipsius sibi coram officio et actis presentibus inscripsit ac in bonis certis
assecuravit ut ipsa inscriptio latius testatur. Ob quam solutionem huius
summe predictum Iwanko Thureczki et filium et successorem olim Michaelis
ac posteros eius quietat de summa predicta quinquaginta florenorum pecunie necnon
inscriptionem eandem castri Premislien. cum eius omnibus conditionibus tum citationes
omnes lucra perlucra ac processum integralem in quovis iuris gradu exi-
stentem tam olim Michaelis quam et predicto Iwanko filio Thureczki inten-
tentem perdidit et acquisivit nil excipiendum ad eximie cassat mortificat
inhibitumque facit perpetuis temporibus hac sua personali recognitione me-
diante quod memoriali firmatum est

Actum in castro Premislien. sabbato ipsa die festi sancte Lucie virginis anno Domini Millesimo quin-gentesimo septuagesimo octavo 13/XII

Crieszaczki Laskowski et Loss

intercessam sibi complere se inscribunt

Comparentes personaliter coram officio et actis presentibus Generosus Bartholomeus
Gessarzki in villa Gessarzinek et Grzenko Gerens ab una, et Nobiles
Albertus Lyaskowski una cum Stanislao Loss Lanissowski nuncupatus ab
altera partibus sani mente et corpore existentes. Ac tres distinctibus